



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.
XII**

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De monacho montis Cassini, qui in vigilia Paschae, benedicto cereo,
translatus est, cap. 8

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

Sanctus per sanctum Spiritum illum intelligens spiritum esse immūdum, rursum ad opus humilitatis oculos reflexit, & spiritus ille ventosus in aērem resolutus nusquam comparuit. **APOLLONIUS:** Si viri iusti in operibus despectis timet elationem, vel, quod minus est, notari ab illa, multum nobis cauendum est, de vanity gloria, quando opera exercemus sancta & honesta. **CÆSARIUS:** Quid appellas opera sancta & honesta? **APOLLONIUS:** Orare, cantare, prædicare, hisque similia. **CÆSARIUS:** Nobis, qui iusti nondum sumus, ut dicis, plurimum cauendum est, de inani gloria, quia orantes frequenter etiam nolentes extollit ipsa lacrymarum gratia, & deuotio cordis; cantantes siue psallentes dulcedo vel sonoritas vocis; prædicantes saepe tentat & inflat scientia, eloquentia, & sublimitas sermonis. Alij, quod omnino stultitiae deputandum est, cum non habeant gratiam orandi, vel vocem cantandi, siue scientiam facundiamque prædicandi, quasi de habitis glorianter. **Quod** etiam maioris demetiæ est; quidam ad hoc tantum orant, cantant, prædicant, ut laudem humanam, atque temporale emolumentum ex eis consequantur. De talibus Saluator dicit in Evangelio: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam, id est, hoc quod quæsierunt, laudem scilicet hominum & lucrum. Ita iam dictis operibus sanctis, quod quosdam tantum superbia ad meritum tagit; alios per delectationem angit; plurimos, ut hypocritas, per consensum & desiderium victos fortiter premit. Vis nunc aliqua de talibus audire exempla? **APOLLONIUS:** Hoc dudum desiderau. **CÆSARIUS:** De excellentia orationis habes exemplum in secunda distinctione, capite vicesimo secundo, ubi diabolus ad monachi lachrymas respexit, cum eum gratia eadem extulisset. Quatum sit periculum in vocis extollentia, exempla te instruent subsequentia.

C A P V T VIII.

Inanis

Sicut didici, non ex lectione, sed ex cuiusdam magni, tam vita quam doctrina, virti relatione, monachus quidam erat in monte Cassino, vocem nora qua habens sita.

Matt. 6.

habens suauissimam, hic cùm in Vigilia Paschæ ^{in v-}
ste leuitica cereū benediceret, & voce dulcissima dul-
cissimam eiusdem benedictionis melodiam resona-
ret, & vox eius in auribus omnium tanquam musica

Ecli. 19 in conuiuio vini, benedicto cereo, aliorū in translatus
nusquam comparuit: & nescitur usque in hodiernum
diem, a quo sit translatus, vel in quem locum deposi-
tus. **A POLLONIVS:** Quid si illum transtulit Angelus
Domini? **CÆSARIUS:** Hoc non est visum fratribus, qui
eius vitam nouerant. Magis timetur, quod raptus eius
Confess. fuerat virtuē subortæ elationis, quam meritum devo-
cap. 33. tionis. Audi quid August. dicat: Quotiens, inquit, me
Lub. 10. plus delectat cantus, quam res quæ cantatur, totiens
pœnaliter me peccare confiteor. Et organum illud
sancti Spiritus, beatus scilicet Papa Gregorius, etiam
dicit: Cum blanda vox queritur, vita sobria deseritur.
Ecce exemplum.

C A P V T IX.

Tempore quodam, clericis quibusdam in ecclæ-
sia quadam seculari fortiter, id est clamorosè,
cantantibus, non deuotè, & voces tumultuosas
in sublime tolléibus, vidit homo quidam religiosus,
qui fortè tunc adfuit, quendam dæmonem in loco
eminenter stantem, saccum magnum & longum in
sinistra manu tenere, qui cantantium voces dextra la-
tiū extensa capiebat, ac in eundem saccum mittebat.
Illi expleto cantu inter se gloriantibus, tanquam qui
bene & fortiter Deum laudassent, respondit ille qui
viderat visionem: Bene quidem cantastis, sed saccum
plenum cantastis. Mirantibus illis, & interrogantibus
cur hoc diceret, visionem eis exposuit. Hęc mihi retu-
lit Abbas ordinis Cisterciensis, vir summæ grauitatis.
His exemplis non confunditur deuotus clamor, quo
Psal. 26. Deus laudatur in cantu & psalmodia, sed tantum ina-
nis gloria. Memini prophetam dixisse: Circuibo &
immolabo in tabernaculo eius hostiam vociferatio-
nis, cantabo & psalmum dicam Domino. Quantum
ei placeat deuota vocum exaltatio, satis audies in se-
quenti dist. cap. 5. Ibidem inuenies, quantum demones
lætentur